

*102. Instrumentum venditionis di Cola
de Bagia in favore di Giovanni de Bagia*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*102. Instrumentum venditionis di Cola
de Bagia in favore di Giovanni de Bagia*

1414-11-07

(c. 439r) In nomine domini domini nostri Iesu Christi amen. Anno a nativitate ipsius millesimo quatricentesimo quarto decimo, regnante serenissima domina domina nostra Iohanna secunda Dei gratia Hungarie, Hierusalem, Sicilie, Dalmatie, Croatie, Rame, Servie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque regina, , Provincie, Forcalquerii ac Pedimontis comitissa, regnorum vero eius anno primo feliciter amen, die septimo mense novembris, octave inditionis, apud civitatem Potentie.

Nos notarius Nicolaus Cortesius de Potentia annalis iudex civitate <sic> Potentie, Thomasius Strambus de Potentia publicus ubilibet per provincias Principatus citra et ultra serras Montorie <sic>, Capitinate ac Basilicate regia autoritate notarius et testes subscripti ad hoc specialiter vocati et rogati, presenti scripto publico fatemur, noctum <sic> facimus et testamur quod in nostri presentia constitutus Cola de Bagia de Potentia non vi, dolo, metu ductus, ut dixit, nec aliquibus suasionibus circonventus <sic>, sed sicut sibi expediens visum fuit, vendidit, alienavit et per fustem <sic> traditionem assignavit iure proprio, in perpetuum Iohanni de Bogia, filio Malang(e)l(e) de Potentia, ibidem presenti pro se et suis heredibus ementi et recipienti, medietatem huius apothecae fornacis ficulorum, cum quadam me//dietate (c. 439v) unius plazi/l(li)s suptus dictam fornacem, in qua vase reponuntur et spergunt(ur) ad curandum, scilicet dicta medietas plazi(l)li dicti et pro indiviso, positam et situate <sic> in loco ubi dicitur Pontanova, ubi sunt fornaces, cum omnibus edificiis et dificationibus <sic> constructis inter dictam apothecam sive fornac(em) ubi vase cocuntur, cum

quodam camino in quo celer vasorum purificatur et cum uno puteo existente inter dictam fornacem, scilicet partem illam dicte scoczie, et a quadam <sic> muro edificato in medietate ipsius apothecae versus tendent(em) ad viam publicam qua itur ad pascum, confinatum ab una parte inferiori iuxta dictum murum comunem, ab alia parte superiori iuxta apothecam Pascalis Quintavall(i) mediante quintana vicinale, ab alia parte iuxta quamdam medi(e)ta(tem) terram ipsius venditor <sic> mediante cursum aquarum dessendentem desuper domus per stillicitia <sic> continentiam per imbrices in terra iuxta rugam publicam sive stratatam et alios suos confines; anc <sic> dicti plazilis ab una parte inferiori iuxta terram ecclesie Sancti Luce mediante limite comuni, ab alia parte iuxta plazilem Pascalis de Quintavalla mediante quintana // (c. 440r) vicinale, ab alia parte iuxta ortum ecclesie Sancti Luce mediante cimit(erio) et iuxta apothecam dicti Nicholai venditoris mediante muro et alios fines ad habendum, tenendum, possidendum, vendendum, donandum, permutandum nec non et quocumque modo voluerint alienandum ipse emptor et sui heredes, cum viis suis in dicta stacz(u)la et cortilio intrandi, exeundi atque cum omnibus aliis iuribus et predictis suis sibi spectantibus quovismodo. Pro qua quidem venditione predictus venditor coram nobis a dicto emptore confexus fuit se recepisse et manualiter habuisse in carlenis argenti, sexaginta per unciam et duobus pro tareno quolibet computatis, unciam unam et tarenos duodecim ponderis generalis, totum scilicet precium vendicionis ipsius. Promittens dictus venditor per se et suos heredes dicto emptori presenti, pro se et suis heredibus stipulanti, litem vel controversiam de dicta sta(cz)ion(e) et medietate dicti cortilii et omnibus

adiacentibus in stac(zo)n(e) ullo unquam tempore non inferre nec inferenti consentire vel absentire, sed ipsam venditionem et omnia et singula supradicta et infrascripta ratam et firmam // (c. 440v) ac rata et firma habere, tenere et perpetuo observare et contra non facere vel venire, per se et suos heredes, in iudicio vel extra, de iure vel de facto, aliqua occasione, modo, ingenio seu tractatu, sub pena dupli precii supradicti, pro medietate scilicet dicte pecunie regali curie vel alteri ubi exinde facta fuerit reclamatio seu querela et altera medietate dicto emptore et suis heredibus persolvenda, me predicto notario tamquam persona publica pro parte dicte curie et dicto emptore pro se et suis heredibus a venditore prefato sollepniter stipulantibus penam ipsam; qua soluta vel non soluta seu gratiose remissa, predicta vendicio sicut prefertur et predicta omnia et singula in suo semper robore et efficacia perseverent, cum refectione damnorum interesse et expensarum litis et extra litem que fuerunt <sic> propterea quoquomodo. Et renunciavit super hiis dictus venditor exceptioni doli mali, vix, metus et in factum, presentis non sit celebratus <sic> contractus, exceptioni deceptionis et fraudis reique predicto modo non geste vel aliter habite quam superius continetur, exceptioni dicte non <sic> peccunie, non habite et non recepte ac non boni argenti et non numerati, legi resissorie qua deceptis ultra dimidiam iusti precii subvenitur et // (c. 441r) generaliter omnibus aliis auxiliis et beneficiis omnium iurium atque legum et specialiter iuri dicenti generalem renunciationem non valere et iuri per quod cavetur quod dicto iuri renunciari non potest, quibus subfragantibus dicta vendicio predictaque omnia possent in aliquo minui vel infringi. Pro quibus omnibus actendendis et inviolabiliter observandis et

quod predicta omnia vera sunt, predictus venditor *<sic>* prefato emptori coram nobis ad sancta Dei evangelia corporaliter tacta prestitit iuramentum et *<voluerunt>* ipsi quod si aliqua iuris sollempnitas deficeret in dicto instrumento, tacite et expresse intelligatur in eo et totiens reficere et emendare possit ad consilium sapientis quociens opus fuerit, veritate *<sic>* substantia non mutata. Unde ad futuram memoriam et dicti venditoris preces et prefati emptoris et suorum heredum cautelam factum est exinde presens publicum instrumentum, per manus mei predicti notarii, signo meo solito signatum mei qui supra iudice *<sic>* ac meorum subscriptorum testium subscriptionibus roboratum.

1

2

3

Quod scripsi ego predictus Thomasius publicus ut supra notarius qui premissis omnibus rogatus et vocatus interfui ipsumque meo consueto et solito signo signavi. (SN) (c. 441v) Ego notarius Nicolaus Cortesius iudex qui supra subscripsi Ego presbiter Lucas de Cioffo testis interfui Ego Girardus de Garumba testis sum et interfui

Così S per? predicti est

Così S per? pertinentiis

Così S per? unius